



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

De Horis Canonicis Juxta Rubricas Breviarii Romani ritè recitandis - In qua etiam ipsæ Rubricæ Notis brevibus illustratæ, & Martyrologij Romani nomina suis Accentibus signata continentur, Ad Faciliorem Discentium Vsvm Ac Praxin

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1676

§. 1. De initio Laudum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48333](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48333)

Francolino & Navarro putat orationem cum Benedicamus absque Commemorationibus dicendam, & submissâ voce Orationem Dominicam adjungendam; sed negant hoc necessarium esse Sanch. Azor. Bonart. & multi alij apud & cum P. Gobat *l. c.* eò quòd nulla Rubrica illam recitationem præcipiat. Unde poterit quivis in praxi alterutram partem sequi.

TITULUS II.
DE LAUDIBUS.

§. I.

De initio Laudum.

I. **S**I Laudes separentur à Matutino, dicitur Pater & Ave ad Sinitium illarum; secus verò, si continuentur cum Matutino. Ita Gavantus, Bonart. Tann. Navarr. Francolinus, apud & cum P. Gobat *tr. 5. n. 673.* ubi ait, se nescire ullum, qui hoc neget præter Azor.

II. *DEVS in Adiutorium* semper dicitur, exceptis tribus ultimis diebus Sacræ Hebdomadæ, & Officio Defunctorum.

§. II.

De Antiphonis.

I. **I**N Dominicis, Ferijs & Vigilijs Simplicibus sumuntur ex Psalterio; in Festis verò ex Communi Sanctorum, nisi aliæ in proprio de Tempore aut Sanctorum assignentur.

II. In Duplicibus ante & post Psalmos integræ recitantur.

III. Tempore Paschali in Dominicis & Ferijs primi tres Psalmi dicuntur sub una Antiphona. In Festis verò cuilibet Psalmo una Antiphona subjungitur, addito Alleluja, nisi jam antè in illa Antiphona esset additum.

§. III.

De Psalmis.

I. **I**N Dominicis sumuntur semper Psalmi Dominicales, excepto tempore à Septuagesima usque ad Pascha, ubi loco primorum duorum Psalmorum dicuntur Psalmi *Miserere & Confitemini.*

II. In omnibus Festis sumuntur Psalmi Dominicales.

III. In Ferijs Psalmus *DEVS DEVS meus & Laudate,* semper